



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Acta Synodalia Osnabrvgensis Ecclesiæ, Ab Anno Christi  
MDCXXVIII.**

**Brogberen, Johannes**

**Coloniæ Agrippinæ, 1657**

Decretvm VII. De Oratione pro Defunctis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14298**

doxis, vehementer infestantur, nec desinunt ipsimē Christiani Principes, infestis inter se armis concurrere, ut æquum & rationi consentaneum sit, miseriis hinc nostris confidelibus, quibus possumus, officiis charitatis, succurrere; quorum cum præcipuum sit Oratio, quæ moeſis solatium, periclitibus auxilium, oppressis salutem, & quandoque victoriam conciliat, hoc saltē subsidio, quod omnibus in promptu est, subvenire studeamus, ut tandem pace inter Orthodoxos sancta, facilius Barbarorum incurſus, Christi fideles & membra declinent, graviaque S. Matris Ecclesiæ damna, caveantur, quem in finem, quilibet ad sua reversus, pro pietate sua in Ecclesiis sibi commissis, particularem devotionem procurabit, usque dum Nos prope diem publicam per Diœcœſis ordinem.

Notandum, *hoc in ista Synodo speciale tantum fuisse; pro hac vice.*

## DECRETVM VII.

*De Oratione pro Defunctis.*

Quandoquidem cum fortissimo viro Iuda Machabœo merito considerare debemus, quod hi, qui cum pietate dormitionem accéperunt, optimam habeant repositam gratiam, unde sancta & salubris sit cogitatio, pro Defunctis exorare, ut à peccatis solvantur. Hinc denunciantur Charitati vestrae sequentes Confratres nostræ hujus Diœcœſis, qui ab ultima Synodo, piè ex Clero in Domino obierunt: Casparus Sprickman, Vicarius Cathedralis Ecclesiæ, Ioannes Manicæus . . . . . Henricus Holscher, Capellanus ad S. Ioannem Osnabrugi, quorum animas juxta statuta synodalia, specialibus precibus, non solum crastina die, sed alias etiam usque ad sequentem Synodus, Omnipotenti D E O, dignè commendate, considerantes cuique nostrum, pro sua æterna requie, suo tempore olim ab universo cœtu Ecclesiastico, demi præstandum.

*Hoc leđo, Illusterrimus ac Reverendissimus Princeps, st̄arexit, & flexis genibus incepit Psalmum Misericordia, toto Clero alternatim respondentem, cui subiunxit Illusterrimus Collectam, Deus venie largitor, qua finita Illusterrimus in suo faldistorio, & totus Clerus suis locis, denū concedit.*

Notandum, si ab ultima Synodo, nullus esset mortuus, impostorum idem Decretum legatur, corvecum tamen, & specialibus denunciationibus mutatis in generale, pro omnibus scilicet ex hoc Clero defunctis.

*Deinde Secretarius perrexit ad reliqua Decreta legenda.*

## DECRETUM VIII.

*De professione fidei facienda.*

Fol. 302. col. 2.

*Leđo hoc Decreto, omnes & singuli, qui ad*

officia, beneficia aut Parochias de novo admissi fuerant, aut alias professionem fidei in Synodo non emiserant, eandem ad manus Illusterrimæ S. Celsitudinis tacis S. Evangelis præsisterunt, ac deinde redentes ad loca sua, singuli nomina sua cum beneficiis & officiis, Notario Synodi, ut Prothocollo insererentur, consignarunt.

## DECRETUM IX.

*De Decanatibus.*

Qui ad Decani atut Camerarii Capitulorum Ruralium officium de novo promoti sunt, & juramenta confueta in hoc Synodali loco nondum præstiterunt, nunc id faciant, & postmodum sua nomina Notario, protocollo inserenda, consignent.

Notandum, *in hac Synodo speciale tantum fuisse quod sequitur:*

Ut vero Nobis, vobisque nunc constet, quomodo & quinam in talibus muniberis constituti sint, volumus, ut singulorum nomina, pro hac vice, perlegantur.

*In Decanatu Civitatis.*

Decan. C Vnradus Burenius, Canonicus ad S. Ioannem, & Cathedrales Ecclesiæ Nostræ Pastor.

Camerar. Ioannes Victor Werneking, Pastor ad S. Ioannem.

*In Decanatu Widenbrugenſi.*

Decan. Christophorus Strengerus, SS. Theologiae & Medicinae Doctor, Collegiatæ Ecclesiæ Nostræ ibidem Decanus.

Camerar. Ioannes Sprengerus, Canonicus Widenbrugenſi, & Pastor in Guterslo.

*In Decanatu Iburgensi.*

Decan. Admodum Reverendus Dominus, Jacobus Thorwarth, Monasterii S. Clementis in Iburg Abbas, & Protonotarius Apostolicus.

Camerar. Theodorus Mauriti, Pastor in Hagen.

*In Decanatu Fürstenawensi.*

Decan. Pater Petrus Gellerman, Societatis I E S U Sacerdos, & Vicecuratus in Batbergen.

Camerar. Ioannes Wenninck, Ord. Cisterciensium, & Pastor in Bersebrück.

*In Decanatu Vördensi & Wittlacenſi.*

Decan. Pater Ioannes Zurstrassen, Societas I E S U Sacerdos, & Vicecuratus in Vörden.

Came-